



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Bisselii, è Societate Jesu, De Pestiferis  
Peccatorum Mortalium Fructibus Exempla Tragica**

**Bissel, Johannes**

**Dilingæ, 1679**

VI. Catharina Impoenitens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52326](#)

Pestiferorum Peccati Mortalis  
Fructuum.

EXEMPLVM TRAGICVM VI.

CATHARINA PERVANA, SACRILEGE CONFITENS, ET  
OBSTINATE IMPENITENS.

Peccata Mortifera Fructum progignere, tum  
alia damna plurima, tum frequentationem Sacri-  
lagarum Confessionum: ex his deinde, Confessionis  
Syncera, in Extremis potissimum peragenda,  
obstinatum neglectum, & Contemptum;  
tandemq; Mortem in Impen-  
tentia Finali.

Dicatum 25. Martij, seu, Sabbato, ante Dominicam  
Passionis, ipso Festo Annuntiationis Bea-  
tissima Virginis: Vesperi.

**E**CCATORUM Mortalium,  
præter ennumeratos hucusq; complices sunt alii **F R U C T U S**  
Pestiferi, amarissimisque; per  
Divinas nobis Scripturas passim  
declarati. Cujusmodi sunt (ut  
in compendium quoddam potiores constringam,  
L 2 & eos  
Catharina Impenitens.

& eos indicem ) quod Peccata mortifera Separant animam delinquentem , à Deo. Ieremie secundo capite, versu 5. Quod Peccatorem Deo abominabilem & invisum reddant. Iobi decimo quinto, versu 16. Quod turpem, immundum, fætem , hircum, hædum, & cadaver , efficiant. Isaia trigesimo, versu 22. & capite sexagesimo quarto, versu 6. Ad Hebraos capite nono, versu 14. Zacharie decimo, versu 3. Matthei vigimo quinto , versu 32. Quod item Cacum & plasmet imò Tenebras , cum constituat. Segundo primo, versu 17. & ad Ephesios quinto, versu 3. Quod Induratum adversus Omne Bonum , ac dulutis negotium : quod lapidei Cordis hominem dedat. Ieremia trigesimo, versu 14. Ezechielis quoque trigesimo sexto , versu 25. Quod Omnia ritualia gustui illius amara , crudique velutis liparis, faciat. Numerorum vigesimo primo, versu 1. & Ioannis sexto , versibus 60. & 66. Quod Cognitiones illius & Opera Bona reliqua redigat insitiva ; hoc est , De Condigno-non meritoria. Aggi 1. v. 5. & 6. Quod in periculum conjiciat; etiam Fidei amittenda, ex repulsa bona conscientia. Epiphon prima ad Timotheum capite primo, versu 19. Quod præcedentium omnium meritorum iacturam faciat etiam ex unico Peccato Lethifero. Ecclesiasta nono, versu 18. Iacobi capite secundo, versu 12. quod ipsum, nec aliud, vult, & docet , Divus Thomas Aquinas : cùm , Per quodlibet Peccatum mortale affirmat , Omnia priora Merita mortificantur Secundâ secundæ, quæstione centesima trigesima secundâ, articulo 3. ad 1. Quod præterea peccatorem ejusmodi , rebus etiam in temporalia perplexum ac Stultum efficiat: ac fortunarum

Catharina Impenitens.

minium suarum maledictionibus involvat; tam in se, quam in posteris suis, & in tota quandoque communitate vel republica. Psalmo undecimo, versu 9. Proverbiorum undecimo, versu 18. Deuteronomii vigefimo octavo, à versu 15. Ecclesiastici quadagesimo primo, versu 12. Sapientia tertio, versu 12. Iosua capite vigesimo secundo, versu 17. Quòd Conscientiam peccantis lethaliter, incredibili modo, perturbet, angat, & aggravet. Isaia capite quinquagesimo septimo, versu 22. ad Romanos secundo, versu 9. Isaia rursus vigefimo quarto, versu 20. Quòd (ut alia plurima prætermittam in præsens) omni denique Spe bonâ Salutis, in perpetuum, hominem desperatum priuet: sicut Proverbiorum decimo, versu 28. Spiritus sanctus pronuntiat; ac nos in Liginiacensi Presbytero nuperimè vidimus, & exhortuimus.

II. Veruntamen, tam his, quam aliis omnibus, & quibuscumque Paccati Mortiferi pestilentibus damnis atque FRUCTIBUS, medicinam adferre potest Theriaca veræ perfectæque Pœnitentia: hoc ipso, quòd (ut docet Angelicus Doctor, parte prima, quæstione sexagesima nona, articulo 2.) OMNIA Peccata, IN HAC VITA, Remissibilia sunt. & idem Scriptura divina profitetur, Haïæ primo capite, versu 18. claramè verò, apud Ezechielem, capite decimo octavo, versu 22. SI IMPIUS egerit POENTIAM, ab omnibus peccatis suis: & custodierit omnia precepta mea: & fecerit iudicium & iustitiam; VITA VIVET, & NON MORIETUR, (ex his Pestiferis Peccati Lethalis FRUCTIBUS degustatis). Pergitque; Omnum Iniquitatum eius, quas operatus est, non recor-

L 3 dabor,

Catharina Impœnitens.

dabor. In Iustitia sua, quam operatus est, V. VET. O, verba consolationis, aurea! Verba, Dulciora super mel & favum! (A.) Quis ja DESPERET: cùm præsertim, & in Lege nova, cùm Divus Ioannes clamet, Domini Dilectus Sanguis IESV Christi (cujus Sacrosanctum pretium in Pœnitentia resipiscientibus applicatur) emundat nos AB OMNI PECCATO. (B.)

III. Est autem POENITENTIA, genitivum; DOLOR, de Peccato præterito, & cumdem desestatio, cum Proposito, abolendi illud, juxta S. Thomam Aquinatem in tertia parte, questione octogesima quinta, articulo secundo, adiutorium: & articulo 1. ad 2. At vero, particulariter de Pœnitentia loquendo; eamque, ut nunc iangle Christiana, ac Sacramentum, est, breviter definiendo; Sacramentum est Absolutionis à peccatis, Rite pœnitentis, & Confessi. Quæ definitio, præter cæteros, Adami quoque Tanneri in Tomo quarto Theologiae, disputatione sexta, quæstione 1. (C.) Ex ea porrò eruitur; TRES de Pœnitentia Sacramentalis PARTES (ut vocant, Dionysius Carthusianus, Antonius Droultius, capite quinto, & alii: Laymannus auctor, Tannerus, ac Scholasticorum cæteri, MATERIA M Pœnitentia PROPINQUAM appellant): quibus Partibus tribus; simul sumptis, dicit Thomas, TOTAM inesse dicit Essentiam ius Sacmenti (secundum partem videlicet materialem; ut explicat Tannerus, Tomo quarto quæstione primâ, numero 34.) CONTRITIONEM videlicet CORDIS, & CONFESSIIONEM ORIS, ac SATISFACTIÖNEM OPERIS (juxta loquendi modum tenui-

Catharina Imponitens.

jusdem Divi Thomæ, parte tertiatâ, quæstione 90. articulo 2. ad 4.) Quæ omnes *Tres Partes* requiruntur (id, quod accuratè notent rudiores) ad *Pœnitentia Sacramentum*; tum instanti jam *Pa-schali tempore*, tum alio quovis, obeundum.

IV. CONTRITIO, inquam, CORDIS: quæ, si *Perfecta* sit, continet *Dolorum de Offensa Deo*, super *Omnia* (virtualiter saltem) appre-*ciativè Dilecto* (D.): Continet, *Detestationem* *actualē Peccati summam* (appreciativè) hoc est, *Super omne detestabile*: & quidem, OMNIUM omnino *Peccatorum Lethalium*, sic, ut nullum, ac ne unicum quidem, à dolore hoc, & detesta-*tione*, eximatur: (E.) *Omnisque ad ea affectus* gliscens, & voluntarius, exuatur; cùm (ut ait Sanctus Thomas, parte tertiatâ, quæstione octoge-*fimā septimā*, articulo primo, ad primum) stan-*te, ad aliquod eorum, voluntate: quamdiu ista ma-*net, dimitti nec illud, nec Aliud ullum, possit. Ex consequenti igitur, PROPOSITUM quoque, abstinendi deinceps ab omnibus Mortalibus delictis. & emendanda eatenus *Vita*, requirit CONTRITIO: sive jam formale sit illud Pro-*positum*, & explicitum; quod (per se loquendo) necessarium esse, quidam Doctores tradunt: sive, certo aliquo casu, *Virtuale & Implicitum*, sufficiat. (F.) Et hæc est *Pœnitentia Prima pars*, CORDIS videlicet CONTRITIO: à qua tamen, in ipso *Sacramento usu*, ATTITI-*TO* (quæ est, hoc loco, *Contrito Imperfetta*; ex motivo tamen *Doloris ac detestationis Super-naturali*) nequaquam excluditur: quippe, saltem extra Mortis articulum, ac tempora illa, quibus præceptum *Perfecta Contritionis obligat*, ad re-

L 4

missio-

Catharina Impœnitens.

missionem peccatorum, adjunctâ Confessione, ad  
ficiens. (G.)

V. *Pænitentia Sacramentalis* Altera Pan-  
**C O N F E S S I O** est, velut dixi, ORIS: quia  
scilicet Peccator, non scripto, nec per internunti-  
um sed Ore proprio, quoad potest, confitetur Sacerdoti  
(potestatē-absolvendi-habenti) adversus se in iustini-  
suam & scelerā, cum prævia conscientiæ dis-  
cione, præcontritè, clarè, intelligenter, diffi-  
ctè, integrè, verecundè, devotè: &c, si Mortalia  
sint Delicta, cum specie sua, numeroque, quia d-  
cum Circumstantiis; quoties haec, saltem specie  
peccati mortaliter mutantur. De quibus, quoniam  
anno toto multa, multis in Concionibus, dicen-  
tur, ac dici debent: hodierno die materiam illam  
in præsumptis habeo; neque pluribus eam didico.

VI. Pars ejusdem Pænitentie Tertia, SATIS-  
**F A C T I O** est OPERIS: præsertim autem,  
Sacerdote impositi, partim in Vindictam Pecca-  
rum, quâ Deo offenso satisfaciamus; partim v-  
tio, in Remedium animæ. quod esse debet aliquando  
modo Pænale; convenientque ut plurimum, que  
esse quoddam Externum: cujusmodi sunt, Oratio  
Vocalis, Jejunium, eleemosyna, corporis aliquando  
castigatio, gravior leviörve, pro ratione Capit-  
& conditione Pænitentis, ac magnitudine  
parvitatemque deprehensæ in eo Contritionis. (E.)  
Et tale Opus iniunctum Pænitenti in Confessio-  
nim habet Ex opere operato delendæ pena  
temporalis; peccatis debitæ: idque ex institutione  
Christi. (I..)

VII. Singula trium partium harum, ad mo-  
dendum Peccatori, & ad evacuandos Moni-  
tum scelerum Pestiferos fructus, necessaria sunt  
CON-

Catharina Impenitens.

CONTRITIO quidem CORDIS, ex Deuteronomii quarto, versu 29. *Cum quasieris ibi* (in Exilio, in quod ejectus fueras ob Peccata gravia) *Dominum Deum tuum, invenies eum: si tamen toto corde quasieris, & tota tribulatione amnia tue.* Quibus consonant, & quæ Baruch pronuntiat, de ejusmodi pœnitentis *Anima*, quæ tristis est super magnitudine mali (quod, delinquendo graviter, admisit) & *incedit curva, & infirma; oculi ejus deficientes.* (K.) CONFESSIO vero ORIS, requiritur: ex primâ Joannis, capite primo, versu 9. *Si Confitemur Peccata nostra; fidelis est, & Iustus, ut remittat nobis Peccata nostra: & emundet nos ab OMNI Iniquitate.* Sed, particula, SI, conditionem ponit CONFITENDI; & quidem, HOMINI; non autem Soli DEO: sicut nobis Jacobi Apostoli Catholica præcipit epistola, capite quinto, versu 16. *Confitemini ALTERUTRUM Peccata vestra. homo videlicet Peccator, homini; non euayis, sed ex eorum ordine, quibus tam pro se, quam pro successoribus eorum, dictum à Christo est, Joannis vigesimo, versu 23. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinereritis, retenta sunt.* Alioquin (quod & alibi diximus, inculcavimusque) ex prædictione Spiritus Sancti, Proverbiorum vigesimo octavo, versu 13. *QUI ABSCONDIT SCELERA SUA, NON DIRIGETUR: Qui autem CONFESSUS fuerit, & Reliquerit ea; misericordiam consequetur.* SATISFACTIO denique OPERIS, exigitur, à Pœnitente, Lucas tertio capite, versu 8. *Facite Fructus dignos Pœnitentia.* &, Joëlis secundo, versu 12.

L 5

CATHARINA IMPENITENS.

Convertimini ad me, in toto corde vestro in Ieiusio,  
& in fletu, & in planctu. Unde, de S A T I S F A C T I O N E Concilium Tridentinum Sessione 14.  
c. 8. dicit; Satisfactionem, esse Securiorem Viam,  
& NECESSAR I A M , ad Perfectam animi  
Liberationem.

VIII. Sed, licet Necessarie sint Omnes  
tres Partes Pœnitentiæ ( alia magis aliâ;) ambi-  
tamen & prægraves Peccatori videntur & vici-  
dunt; alia magis aliâ. Dura Pœnitenti, hu-  
ma, qua tristis est super magnitudine mali, & ca-  
vus incessus, & Oculi deficientes ( ut ex Baruch  
suprà dixi, capite secundo, versu 18.) Nec su-  
ve; In Cinere & Cilicio pœnitentiam agere ( apud  
Lucam , capite decimo, versu 13.): Deducereque  
quasi Torrentem , lacrymas per diem ac noctem  
( Threnorum secundo, versu 18.) ingredi se-  
sum , & iacere super terram ( ut David fecit, pri-  
mi regum capite duodecimo, versu 16.) Dic  
hæc, inquam. Duriora tamen , & mortalium plu-  
risque durissima , Coram HOMINE ( tam  
loco D E I sedente ) fateri H O M I N E M de-  
licita sua; præsertim, Occulta, vel magis em-  
bescenda: adeò quidem, ut affirmare non dubi-  
tet Divus Gregorius Magnus , libro moralium  
vigesimo secundo; Gravioris plerumque certarum  
esse, commissa peccata PRODERE , quam non  
admissa VITARE.

IX. Sed, sive Tolerabile istud & leve Chi-  
stiano homini, sive grave & intolerabile Rem-  
edium videatur: ALITER VENENUM NO-  
E J I C I T U R . Absque Confessione , Peccator  
MORTUUS reputatur ( inquit Divus Benet-  
dus ) Confessio , est Peccatoris VITA . ( L. ) Et cetera

Catharina Impenitens.

contrario; *Si non Confessus, latet super psalmos*, Divus Augustinus ) *inconfessus D A M N A-BERIS.* ( M.) Et quicunque *Opus hoc Domini FRAUDULENTER*, frequentérque sacrilegè, facit, *maledictionem* ( à *Jeremia intentatam*) incurret; cámque *Duplicem*. alteram quidem, *probabiliter*, & ex periculo, multorum experimentis firmato; alterum verò, *infallibiliter*, & ex decreto ipsius Dei, adversùs *finaliter* - *Impoenitentes* fulminato. *Maledictionum* harum utramque *Charitas vestra, quæso, non obiter tantum audiendam* sibi, sed *pénitis recondendam* sensibus existimet.

X. PRIMA est igitur *Maledictio*: quòd ex sepe frequentata - *Sacrilegâ*, seu, *studiosè* - *mortiferum* aliquid *cælante Confessione*, Divina tandem Ira incurritur, eousque nonnunquam: ut, justo denique Dei judicio, *Pœnam* incidat Peccator aut Peccatrix, subtrahendæ sibi divinæ *Gratia Efficacis*; ad Confessionem *saltem Finalem*, bene, piè, integréque peragendam. Hujus Pœnz nulum quidem Spiritus Sancti, divinæque Scripturæ, decretum ( opinor ) expressum prostat. Ex Effectu tamen & exemplis eorum colligitur, qui magno numero, gratiam ideo, in tempore oportuno ac necessario, non nisi *Sufficientem* habuerunt, nec ad illius usque *Efficaciam* pertigerunt: quoniam cum ea frequenter antehac, non modò, cùm opus esset, operati non sunt; sed insuper, quasi per ludibrium & contemptum èa sunt abusi: ideoque meruerunt, ut, quia id, *quod habuerunt*, sic habuerunt malè, quasi non haberent; etiam illud, *quod habebant*, auferretur ab eis ( N. ): &, qui tam profanos se in re *Sanctissima* ( Sacramenti *Poenitentiæ* ) exhibuerunt, ut illam violare nefariâ

Catharina Impoenitens.

fariâ fraude non dubitarent; postea ( tanquam iuxta Esau ) reprobati , non invenirent Pœnitentiam locum. (ut loquitur ad Hebræos 12. S. Paulus. v. 16. & 37. ) propterea, quod (ut eadem epistola, cap. 1. v. 29. idem Apostolus loquitur ) filium-Dei ( sacramenti hujus institutionem, & Peccatori, ritè Confiteanti, remissionis gratiam in eo offerentem) contulcaverit: & Sanguinem - Testamenti ( cuius patrum, in eo mysterio, animæ verè-pœnitentia penditur & applicatur, ) pollutum duxerit; & Spiritui gratia C O N T U M E L I A M fuit. Pro his igitur (ut idem subdit) Vindicta patrem & peccatricem ejusmodi, manet: pro his indicabit Dominus populum suum; in cuius (tanquam Dei Viventis ) manus insidere, horrendum est. (versu 30. & 31.): pro his, ii, qui sic divina traditio deteriora, veteribus illis Legis contemptoribus Supplicia merentur. (versu 29.) Et cur? quam spiritui tantæ Gratia ( quam Christus illis, in pretioso sanguine suo, quo eos abluturus erat, offerebat ) C O N T U M E L I A M fecerunt: vices sacrilegè, per Confessiones, scienter, voluminariè, stodiosèque mortalia cœlantes peccata, Sacra menta, tanquam rem profanissimam, obeundo & suscipiendo. Quæ, numquid non insignis est C O N T U M E L I A ? numquid non ingens & manifestus, aut certè quidem Interpretatus, aternæ majestatis C O N T E M P T U S est? in se potissimum, qui non semel, iterum, tertium, quartum, quintum, per infirmitatem humanam, sed admodum crebro & malitiosè, Sacrilegia hujuscemodii spissant & iterant: eò usque, ut parvi tandem immò flocci, facere Peccatum tam grande videantur: in eòsque meritò cadat illud quondam (julie)

Catharina Impenitens.

(judice S. Thomâ, in secunda secundæ, quæstione 86. articulo 9. ad 3.) quod Proverbiorum decimo octavo, versu 3. pronuntiatur; *Impius, cùm in profundum (sceleratæ videlicet consuetudinis) venerit, CONTEMNIT.* cùm sanè eodem Sancto Doctore teste (loco citato) Peccati alicuius FREQUENTIA, dispositivè saltem inducat ad CONTEMPTUM: aut etiam (ut Augustinus Hunnæus, Lovaniensis Theologus, interpretatur ac sentit) DEI subinde Contemptum implicit. (O.) Ad summam igitur! Qui tam impudentem spiritui gratia CONTUMELIAM fecerint: qui tam protervè filium Dei conculcaverint, & tam neglectim Sanguinem testamenti pollutum duxerint; & toties quidem in magna vitæ suæ parte, támque hypocriticè: nónne vicissim à Divina majestate, vilissima capita, Gracia Efficacis (ad syncerè salubritérque contendum, ac pœnitendum, in Fine Vitæ) subtrahionem merebuntur? immò sæpe reipsa quoque incurrent: Nónne (sicut per Isaiam comminatus est, capite trigesimo tertio) qui sprevit, & ipse spernetur? qui contempsit, cùm desinet (per mortem) & ipse contemnetur? (P.) illisque in Interitu (sicut divinum habet verbum) à Deo ridebitur? (Q.) Et hæc Sacrilegarum Confessionum, Prima est, quam dixi, (probabilis saltem, & plurimorum infelici exitu confirmata) Maledictio: *Gratia videlicet Efficacis, ad ritè sub finem vitæ pœnitendum contendūmque, iactura, in Pœnam, toties in vita frequentatæ perfidiaæ Exomologeticæ, irrogata.*

X I. ALTERA verò ex Duabus, quas indicavi, Maledictionibus est: post sic finitam in Impenitentia Finali vitam, Supplicium animæ peccatri-

Catharina Impenitens.

cis in altera Vita. Utramque Maledictionum harum, tam hodierno, quam crastino, auditio conventuale, Charitati vestrae, per *Tragicum exemplum bipartitum*, ostendam. Id cum si posteris tradidere, viri religiosi, probatique scriptores: Gaspar Spicillius in Litteris annuis Societatis, anni 1590. & anno 1591. Franciscus Bettius, in iisdem: Antonius Dauroultius, Florum capite 5. titulo 38. Petrus Thyræus, Parte 1. locis Infestis, capite 1. Martinus Antonius Deltius, disquisitionum magicarum libro 2. quodlibet 26. Sectione 5. Joannes Hayus Scotus, in Collectione epistolarum Indiae, titulo, Missio Peruanæ (R.): aliisque complures. Quæ quidem Historia, vestrum non paucis jam in vnum editis, anno videlicet abhinc sexagesimo & unum incidunt; adeo certa contestataque: ut regio illius, in qua evénit, multa tunc hominum milia rem gestam intimè cognitam habuerint; proximoque post anno, novis rursus Annuis continuata sit ac stabilita. Res autem omnis in hoc est gesta modum.

XII. In Americæ Meridionalis regno Peruviano, provincia est, & urbs, ITATA nomine. Hujus urbis in palatio seu castello, Matrona quædam, primæ apud gentem illam dignitatem habitabat: oppidi (velut appareat) adjunctæ regionis, Gubernatrix seu Præfecta; eo modo, conjuges à Viris suis officiorum & appellationum communionem trahunt. Hujus in Matrona familia & obsequiis Adolescentula quædam ex decem circiter & sex annorum natu: quæ ab Hispanis bello capta de barbaris, & familiæ illæ (quam dixi) seu pretio redempta, seu gratuè donata.

Catharina Impenitens,

donatione adscripta; liberae libertate more serviebat. sensimque Fidei nostrae [ cum pagana prius & idolorum cultrix fuisset ] sacrosanctis imbuta mysteriis, ac baptismo demum regenerata, CATHARINÆ nomen, quod Puritatem Munditiemque sonat, accepit. Sed ipsa, processu, tam annorum, quam licentiae lascivientis, cœpit minus ac minus tam casti Nominis respondere dignati: Cunque morum dissolutionum reprehensione, castigatrixis heræ severitate, saepè sèpius ingestam, ventis ac somnis tradaret asportandam: eò denique demersa miseriarum est, unde pedem ægrè retraheret. Quid vultis? Huc rerum, ac malorum, Omnes Dissoluta veniunt. Amare cœpit: Amari cœpta est. neque contenta colloquiis, malitiam libidinosis implevit furoris: procacibusque juvenibus ( quorum in illo tum palatio, tot inter famulos, cubicularios, scribas, honorarios ephebos, deesse copia non poterat ) clanculum corpus, ac frequenter quidem, indulxit.

XIII. Non hic opus, plura dici, quam à me dicta sunt antehac, in Castelpersia. Qui, NUGAS esse, Puellarcs ac Juveniles amores, dicunt: hi ( quod tunc ajebam, & nunc repeto ) cum Diabololo loquuntur, & Ore Sathanæ blaterant; nescientes, quid garriant. Hoc fateor. non imprægnata Catharina est. Sed talibus usq; turpitudinibus mysteriis & Abominationibus est; quales persequitur & exsecratur Thomas Cantipratanus, vir doctus & gravis, Divi Thomæ Aquinatis, sub B. Alberto Magno, Condiscipulus, & Episcopus-Suffraganeus Cameracensis qui, DEVVM contesterat, Spem communem omnium Bonorum ( pono verba illius ipsissima ) audacter pronuntiar, Talibus

Catharina Impenitens.

bus, solius cum sola, collusibus amatoriis, & subtili turpitudine, plus contra Pudicitiam peccare crebro, quam, si D E C E M pueros de propriis fratribus genuissent. Quae enim (inquit porro) quae comparatio peccati naturalis, ad Innaturale flagitium? [S.] Unde (propter obscenissimas ejusmodi immundicias, quae ex nefariis Amoriis procedunt) sancta mater Ecclesia, tot jam a loculis, sollicitè Deum orat; *A Spiritu Fornicantis libera nos, Domine!* qui sanè fornicationis spiritus (Asmodæus) præcipue flat, & prunas addere facit, in clandestinis talium conclusis commerciis.

XIV. Talia, vel talibus simillima, perperbat ac patiebatur impudica hæc Catharina: dileta (cum omnibus sui similibus) se in Corpus suo de honestare sexus sui gloriam atque Caput benedictissimæ Virginis (inquam M A R I Æ) immaculatissimos artus atque membra: sanctissimæ puritatis, (plusquam Solaris,) Viscera; intrâ quæ Solem Inflaria, Christum, hodierna lucē conceperat. Videte autem (dilectissimi) videte, quæ solo cordaminique; quam in Castelpersia nuper veraciterque dixerim; Inter ceteros innumerabiles Fructus Pestiferos Amorum pitellarium iuveniliusque, etiam eum progigni: Ut S A C R I L E G E possea, & imminutè, mendaciterque CONFITERI soleant ista tales. Quod in gens scelus, affine quidem est Omnibus, inter Sedes ejusmodi voluntari suætis (cum sanè Omnes qui malè impurèque agit, præcipueque, Opes Tenebrarum, lucem oderit claræ apertæque Confessionis) particulatim tamen frequentius ac solemnius est, hoc nefandum in facto tribunali

Cathartina Impoenitens.

se Silentium *Infirmiori Sexui*: hoc est, Matronis, Viduis, Puellis; quæ, cùm in cœnum libidinis inverecundissimè prolapsæ jam sunt, ibi tū demū sui Sexūs *Venerabilem* (ut putant) ac stolatā *Verecundia* assumunt? ubi vincere vel in primis illam & sepone-re, suo modo, deberent, in seipsis de commisso flagitio accusandis. Quod igitur *generatim* in *Catharsis* tunc dixeram, de procacibus Amatricibus omnibus; Eas videlicet sacrarum Confessio-num fieri Violatrices: hoc in hac nominati*m* Puel-la, de qua narrare sum exortus, usu vénit.

XV. Solebat (Dominae utique suæ laudabili consuetudine) *Catharina* hæc sacrum frequenter admodum adire Confessionis tribunal ac mysterium: Haud dubium, quin totidem ferè vicibus & divinam Synaxin. Sed *geminò* semper scelere novo, ab iisdem sanctissimis Sacramentis recedebat. Nam & semper turpitudines suas furtivas suppressivebat, sive cum juvenibus, sive solitariè, exercitas: & ad dominicum deinde Corpus accedebat indignè, *iudicium sibi manducans*; nec di-indicans à porcina carne mundissimum Domini Corpus. Quid igitur? (inquit aliquis) quid confitebatur, si hæc tam gravia detestandaque non prodebat? Audies, ex ipsamet: non hodierno tam, sed crastino, Vespere; quando, referente me, Confessionum suarum materiam narrabit. At; Quomodo (inquis) confitebatur, talia præteribat? Luctabatur videlicet, & premebat labitis (ait Bencius, in hujus historiæ narratione) immò volubilabat ac revolutabat intrà palatum & fauces, tandemque penitus resorbebat intrà præcordia, quidquid flagiti, conscientiam urentis, prominentem erat & evomendum, in quo, hæc male-*tanæ*

M

mentis

*Catharina Impenitens.*

mentis puella eos imitabatur, qui fervidum aut bolum, per imprudentiam comedentes; stequam diu multumque cum eo, intrâ guttos, luctati sunt: verecundiâ tandem, ejiciendis cibi præcalidi, vel negligentia saltem, insipio illū excipiendi, transversum acti; potius deinde deglutiunt, ingenti cum ardore descendens in viscera, eaque cum tormento adurentem; offam ejusmodi, in summa jam labia, intradentes, perductam, nullo negotio potuerint rejicere. Tales sunt omnes, qui, *in utroque* (magis autem, & crebrius, *in imbecilliori*) pena, quibus eorum conscientia dies noctesque cunctatur, per Confessionem expromere, post multam ris & mentis hæsitationem, fatuè prætermittunt sicut innumeræ (prôh dolor!) faciunt; quae præsertim ad Sextum Decalogi præceptum est rectum: quo loco, temporéque, vel omnino silent vel mussant tantum, ac muginantur: aut indeinde duntaxat, ac sibiipsis, loquuntur; sic, ut Confessarius nihil percipiat. qui tamen (si sapit, cordatus est) quoties hoc animadvertiset, interrogabit: & minus bene recepta repeti sibi jubebit.

XVI. Sed; Cur? (inquis porrò) cur fateretur sacerdoti scelestos Amores erubescerat Catharina vel prætermittebat? NE (inquit auctor) MERTICULA, vel, PERDITIS MORIBUS HABERETUR. Hem, caussam Sacrilegiorum Confessionum genuinam! Punctum, (ut ait Honorius! Quæ, justane sit, mox videbimus. Interim, vide, quæso Catharina, quo pacto terrena simillimas, ex ore vestro, judicem? Vos enim dicitis (velut alias hic non semel objeci vobis) amores ejusmodi, eorumque spurcitas juveniles,

Catharina Impoenitens.

non esse, quām NUGAS & INEPTIAS  
PUERILES. & tamen, EAS, quae talibus in-  
dulgeant, MERETRICULARIUM promoveret  
suspicionem, aut famam opinionemve, confitemi-  
ni. Aut igitur NUGÆ non sunt, Amores hujus-  
temodi obscuri (cūm, ut fatemini, meretrici vos  
aspergant opprobrio); & habeo ego, quod toti-  
es contendit, Peccata esse non levia: Aut, si NUGÆ  
sunt duntaxat, & PUERILES INE-  
PTIÆ; cur actus ejusmodi, cum reliquis NUGIS  
vestris, non confitemini? cur tam arduum vobis  
opus, eorum coram Sacerdotibus chartatio, vi-  
detur?

XVII. Sed mittamus hæc: & talium Sanctile-  
garum nuic excusatiunculae potius respondeamus,  
quā suum in Confessione silentium palliare conā-  
tur, prætexendo, Se boni nominis sui, vel Opinio-  
nis de se, iacturam & damnum timere. Et sanè  
credidit hoc, ac verità de se quodque est, hæc pu-  
ella Peruana; Se estimatione sui bonâ vel hono-  
rificâ deiectum iri, apud conscientia iudicem. Cre-  
dunt, ac vereantur, & interdum omnino persuadent  
sibi hoc ipsū, aliæ quoque puellæ, matronæ, viduæ,  
viri. Sed, planè falso; nec sine luculentâ plerumq;  
Sacerdotum bonorum ac prudentium injuriâ.  
Contrarium namque sit. Cūm enim cogitet, quis-  
quis is est, que tibi, peccata habranti tua, Sacer-  
dotales aures præbet; Omnes homines, juxta se-  
cum, esse Percatores: nec tamen sciāt, Vtrum O-  
mnes in sacro tribunali bonâ fide agant; audito  
delicto tuo, magnaque cordis tui contritione de-  
prehensâ, p̄ te ceteris te magni facit & estimat,  
ob Synceritatem oris & animi tui; in Domino te  
impensis diligat, propter tuam erga se conce-

M 2

ptam

Catharina Imponitens.

ptam fiduciam , aperiendæ latentis plague tuæ : apud semetipsum in corde suo , sed longè amplius Divinam bonitatem in cœlo , laudat ; ut , quia tenebris tuis *Lucem* fecerit claræ candidæque Confessionis splendescere

XVII. Sed ( inquis ) eo me deinceps nominatquam meretriculam , adulteram , mollem , cestuosam , furacem , sceleratam , intuebitur ; quæties in oculos illius incidero , qui talia mea fugientia , pro Confessione , exceptit . Recurret idem illi turpitudinum mearum recordatio . Num , Si demus hoc , sic futurum , quid tum existime est bona tui existimatio : ut ideo Sacramentum violandum sit ? tanti refert , ne labore honor tuus , ut contemptu Dei sit redimendus ? Deinde , Falsum & istud est . O , homo ! ( exclamavit Divus Augustinus ) quid times confiteri ? Nam quod per Confessionem scio , minus scio , quæ illud quod nescio . ( T. ) Sed , hæ tales objectiunculae sive nimis honori suo carentia , cum gloria detimento ; sive , quo cunctæ tandem alio circulo Pœnitentiæ Sacramentum silentio nefario violantia ; sive denique , de industria Sacerdotum Ordinem , tanquam arcanorum minus continent calumniantium , jam millies sunt retusæ . Neminem hæc , tam frivola , ratiuncula , Peccati Mortalis confessionem nequiter tractantem & insuperare , à culpa letali unquam immunem ; nec a pœnis , silentio tali decretis , eximium , in æternum ( per se loquendo , &c , quantum est ex natura peccati hujus ) præstabunt : adeoque neque temeraria Catharina ! cujus nos hucusque Peccatorum mortiferum multiplex audivimus : Turpitudinem inquam , exercitarum : Confessionum Sacrifigium.

Catharina Impœnitens.

rum: & ( quoties, post illas, ad tremendum ac ter  
venerandum Altaris Sacramentum accedere non  
dubitaveras) Indignissimarum Synaxeōn, seu Com-  
munionū. Quid enim horum omnium, nega-  
ri potest, peccatum fuisse, Mortiferum? An, amo-  
res impuros? At clamat Sanctus Paulus, Immundi-  
tiam, impudicitiam, luxuriam, regno Dei exclude-  
re. (V.) An, gravem *Sacramentorum abusum*?  
At idem S. Paulus tonat, ad Hebreos ( ut supra  
dixi) decimo (X); *Quando putatis deteriora sup-  
plicia* (quām, legis Mosaica violatores) mereri e-  
um, qui *Filium Dei* (in altaris Sacramento præ-  
sentem) *concubaverit*? & *Sanguinem testamenti*  
(qui, ut antè sum contestatus, in Absolutionis Sa-  
cramento super animam Pœnitentem effunditur)  
*pollutum* ( & profanum, ac, pro nihilo) *duxerit*?  
& *Spiritus gratia* ( repetendum enim, & incui-  
candum, frequentius est) tam insignem *Contume-  
liam* fecerit? Vides, ô sacrilega! quām gravi-  
ter ac lethaliter, etiam in hac mysteriorum impiâ  
tractatione, Divinam majestatem offenderis?  
Quapropter *Pœnam* quoque jam, pro tantis De-  
lictis, ac *Supplicia* seu ( velut nos hucusque loqui-  
mur ) *pestiferos Peccatorum* tam *lethalium Fru-  
ctus* (dilectissimi) videamus, expendamusque.

XIX. Nimicum, quod superius indicavimus:  
li, qui *sepius* in hac vita, scientes volentes *sa-  
cilegè confitentur*; primū quidem, sicut omni-  
bus aliis in vitiis fieri consuevit, *ex toties frequen-  
tias malis actibus, habitum sibi comparant*, ac *pra-  
vitatis consuetudinem*: à qua postea, cùm vel ma-  
xime necessarium esset, vel omnino non, vel *vix*  
& *agerrimè*, rarissimèque, recedunt. Deinde,  
tantopere plerumque Deum irritant: ut credibile

M 3

fit,

Catharina Impœnitens.

sit, nec inconveniens aquitati rigorique iustitiae  
vine, vel talium Sacrilegorum commeritis; et  
tandem ( sepe saltem ) Gratia illius Efficaci deli-  
tutus, in pœnam toties repetitæ fraudis & impo-  
tatis, permitti, sub ipsum mortis tempus au-  
ticulum, Duros, obstinatos, & Impenitentes, u-  
haç vita, sine Confessionis usu syncero decedat.  
*In Pœnam*, inquam, toties antehac iterata la-  
legæ audaciæ, Contempnusque Dei: quem contempi-  
diuturna peccandi Consuetudo ( teste Hunno, &  
Eto Theologo) nonnunquam implicat ( Y. ); &  
sacrilegis divinorum mysteriorum abusibus, piz-  
puè ac frequentius, contingere crediderim, et  
adeò non desint inter ascetas, qui inter hujusmodi  
quasi Contemptores locent eos, qui, cum obfirmare-  
ne, pergendi in peccatis finéque Confessione lig-  
timâ, crebrò peragere divina sacrificia, non  
horrescunt. Eadem igitur, Efficacis Gratia ( tan-  
dem subtractæ ) pœna Catharinam hanc peni-  
nam demum perculit: & subvertit.

XX. Annus jam ibat sæculi superioris nonap-  
simus: cum in morbum Catharina, ipsis Augu-  
stini Kalendis, implicita est. Hortatu ( ne dubita-  
domine suæ, mulieris in primis piæ, Sacerdotum  
eo statim ipso die ( nam urgebat morbi gravitas  
accersendum curat, suprema Confessionis cau-  
fortassisque ( quod probabilius ex sequentibus ap-  
parebit ) co mentis proposito, ut tandem aliquan-  
do, sub vitæ saltem, finem, integrè peccata  
exponeret. Venit ad eam vir, morum ac via  
integerimus. Pater Iacobus Samaniëus. Hoc  
confitetur Puella: non tamen, uti debuerat, sed  
sicuti semper consueverat, fallaciter & mutillans.  
Ipsiusinet namque culpâ, & ignaviâ, factum est.

Catharina Impenitens.

ut nec tum quidem silentium suum & noxiū pudorem vinceret. Redit nihilosecius ad eam aliquoties, Augusto mense, *Pater Samaniegus*: sive suapte bonitate, lucrandaque peccatricis incensus studio; sive subinde & à domina, salutis ancillaris cupidissimā accersitus. Fit semper exomologēsis; sed bene nunquam. nec mirandum. Ipsa namque *Confitens*, peccata sedulò studiosèque cœlabat; & ea potissimum, quæ vel præcipue detegenda fuerant. Sacerdos quoque ( tametsi, cæteris in rebus, ac maximè divinis, illuminatissimus) ulcerum tamen animæ, quibus ægra *Catharina* laborabat, ignarus tunc temporis, Vitium Confessionis nondum pervidebat, aut penetrabat. Fortassis etiam, in puella tam juvencula, ne suspicabatur quidem, tantas latèrè fœditates: ideoque talium nihil *singillatim* interrogabat. Nec enim Conscientiæ Iudex, in tribunali sacro, cogitur aut obligatur excutere Pœnitentem, circa singula quæque *Occulta*; mininéque omnium, circa abominationes, sexto Decalogi, vel *nono*, præcepto repugnantes, nec in *Catharina*, ejusque similibus, nec in alia quæunque persona. D IC tu ultrò, tuaque sponte, quod in hoc genere conscientiam gravat tuam: nec exspecta, donec examineris. Si enim & Tu obfirmes animum, nihil, nisi priùs interrogatum, in tuæmetipius animæ discrimene, proloqui vel enuntiare; &, qui Confessionem tuam excipit, itidem vel nolit ( si ne gravi urgentèque causâ) vel etiam non debeat, spurcitas tuas explorare, rogitando & inquirendo ( ne fortasse *Curiosulus* in talibus tibi videatur) quid tum, quid, quæso, fiet? Sic morière? Morieris utique ( animâ tuâ, quo puncto

M 4 minimè

*Catharina Impœnitens.*

minimè reris aut suspicaris, avolaturā) peribisq[ue] taciturnitate tua, & damnaberis. Ipse verò Sacerdos *lavabit manus in sanguine tuo*; & plerumq[ue] culpæ talis immunis erit. Tales igitur erant & personæ duæ, *Samaniegos Confessarius*, & *Catharina Confitens*. Pater enim fortasse non quarebat p[re]vercundia; & *Catharina*, graviorum scelerum ultrò, ac per se, nihil indicabat; aut etiā, siquid taliterrogaretur, negabat impudenter. Quod equi *Mendacium*, circa propriū mortale delictum, erat ipsum (in Confessione, talique casu) mortiferum.

XI. O, scelus! ô, toties oblatæ Gratiæ Dei, *Gratiæ-Spiritus Gratiae Remissionis*, ignem & effrontem *Contumeliam* atque *Contemptum*! quo factum est tandem; ut Peccatum insiceret supra modum peccans peccatum. (Z.) Post aliorum namque præcedentium temporum annorum sacrilegas Confessiones quām plurimas post primam illam (de qua dixi) principiō mōbi p[re]actam, exomologesin ficitam; NOVEM insuper vicibus aliis est confessa *Catharina*; semper tamen scelerē, semper impietate fraudeo suā consuetā. Quodque supra modum cumulabat facti malitiam: recedente, post auditas exmologeses, optimo Patre Samaniego, convecta puella, circumstantes ad conservas; in lūdibrium ac risum, tam Sacerdotem ipsum, quām Pœnitentiæ Sacramentum, trahebat, insigni quodam & triusque despectu: & Scilicet (ajebat) aliud nūn quod agerem, non erat: quam, ut acta mea Sancculo huic Seni propalarem? Quibus deinde verbis, tam contumeliis, adjungebat, verba quādam alia, in ancillarum assistentium aures iuntas effusa plena fœditatis, & occultarum libidinum.

Catharina Impenitens.

num procacia ventilabra. Id, quod frequenter evenire solet, tam viris, quam fœminis. Quibusdam quidem, per dementiam, & alienationem rationis, violentiâ quadam infirmitatis creatam; ut in ægritudine gravi provocant, erubescenda teneræ fronti verba, vel dicteria. Qui quidem, cùm usu rationis dejecti sint: pro eo saltē tempore, sicut culpā, sic reprehensione, carere do-bent; déque iis, an hoc amentiæ genere plecti vel infamari meruerint in morbo, judicare vita mo-risque præcedentes possunt; quibus, adhuc sani, sunt usi. Aliis contrà nonnullis hoc idem eve-nire consuevit, justo Numinis permisso: propter præcedentium turpitudinum; tam in verbis, quam in factis, assuetudinem: quam corrigere, dum ad-huc vegetâ valetudine vigerent, nihil pensi ha-buerunt. Id genus igitur homines, sicut in omni vita factis dictisque obscenissimis, quavis occa-sione, quovis tempore vel loco, fœtentem ani-mam evacuârunt: sic postea, supremo conficta-tes morbo, pro Sanctis sermonibus, & inelluso JESU Nomine, fœditates lutulentissimas eru-stant. Tu, si talem aliquam noveris Catharinam, immò potius *Alethô* sive *Tisiphone*, coram quibusvis, & parvulis & adultis, omnia quotidie cubiculorum arcana profundentem; dic sine seru-plo tecum; Hæc aut *Venefica* est, cupitque cæ-teros omnes, instinctu Sathanæ sui, depravare sermonum suorum philtris: aut *meretrix* saltē, vel præsignis adultera: vel Omnia hæc simul: aut certè denique nescunque male cum ejus animæ sta-tu agitur. Bona pudicâque, per omnia, nequit es-se: cùm JESU, Regis Angelorum, sit oraculum, Læcæ sexto (AA); *Ex Abundantia cordis, OS*

M s loqu-  
Catharina Impenitens.

*loquitur, & ; Bonus homo, de bono thesauro  
dis sui, profert bona; & , malus similiter mi-  
( BB. ) Attende proinde ( dilectissime ) num mon-  
adeò per omnia laudabili, Christianaque, sit  
cessura de vivis Furia talis, ac Venus? Quid enim  
post mortem sit futurum ( nisi pœnitentia severa  
præcesserit ); judicare meum non est, sed Christi  
cujus Sententia est Evangelica ( etiam hac  
parte, non perfunctoriè expendenda ); Ex veritate  
tuus condemnaberis. ( CC ).*

X X I I . Sacramentalem igitur ( uti dixi ) Con-  
fessionem ridebat Catharina, profanabatque &  
spurcissima verborum insuper phlegmata, pro-  
ibus Doloris atque *Contritionis*, effundebat:  
memorabili prorsus *Impenitentia* paradigmate, Fi-  
mulæ proinde cæteræ, conservâ hac suâ pio-  
nes, offensæ turbatæque tantâ decumbentis in-  
pietate, sermones eos omnes ( sicut lege chani-  
tatis Christianæ se reperiebant obligatas ) ad ne-  
res Dominae detulerunt. Hæc, intimè commo-  
relictis aliis negotiis omnibus, ad Catharinam in  
cubiculum properat. Illic acriter primum illius in-  
pietatem & turpiloquia increpat; veluti piam ca-  
stamque *Matrem familiæ* decebat, gravaturam alio-  
quin, ancillarium dissimulatione delictorum, si-  
met conscientiam. Incipit deinde, ( remotis o-  
mnibus arbitris ) vultu vocéque familiariore, in-  
scitari; Et quænani essent illa tandem, quæ  
regere Patri Samaniego refugaret, *Occulta Delicta*?  
Reciperet animum; ac, de venia pro iis im-  
punita, nihil diffideret. Non enim posse, ne co-  
gitatu quidem, fingi concipive scelus aliquod, ac  
vitium, tam grave, tamque enorme; quod aboleri  
*Confessione purâ liquidâque* non queat: ne quidem  
vel

Catharina Impenitens.

si vel ipso cum Dæmone nexus foederis, aut concubitus Sathanicus, intercessissent. *Catharina*. non modò, quia exorata, sed planè pròpemodum ultro, sine magna ullâ difficultate, *Dominæ* secretissima quæque flagitia sua recensere cœpit omnia. (quod, quis non stupeat, & suprà fidem putet? cum ei tamen, qui solvere miseram, & expedire, de laqueis peccatorum potuisset, ea prodere simili ratione synceritatéq; noluerit?) *Dominæ*, inquam, singillatim omnia fassa est. *Admiranti*, & *Cur èadem ergò Patri non aperiuisset?* rogant, respondit (quod, obsecro, sollerter, & utrāque aure, *Charitas vestra imbibat*) subjecit, ajo; *Quotiescumque Parrem Iacobum*, hoc est, *Decem illis vicibus*, per mortib; sui tempus, accersisset: toties, ad lævam suam constitisse, *Aethiopem*, nestio quem, (observe, quæso, *Sacrilegarum Confessionum* auctorem & inspiratorem, *Sathanam!*) qui se cohortatus sit, *Ne secretas illas cum iuuenibus turpitudines Sacerdoti aperiret ullo modo.* Non opus esse: non ad Salutem necessarium, ea fateri presbytero; propterea, quod LEVIS SIMA essent, ac PECCATILLA magis, momenti nullius, quam Peccata: ex quorum iamen confessu, manifestationeque, à Patre illo DISSOLUTIORIS vita notam foret incursa. A dextro contrà latere, præsentatam sibi Mariam Magdalenam, Pænitentem: quæ se vicissim verbis gravissimis admonuerit: ne *Aethiopi* potius illi, quan*ti* Deo, ac verbo divino, daret aures: &, quidquid esset Occulorum scelerum, liberrimè Sacerdoti panderet & explicaret.

XIII. Nónne bene (dilecti) nónne verissimè, tum paullò antè, hoc ipso die; tum nuper, in

*Castel-*

*Catharina Impœnitens.*

*Castelpersia*, dixi vobis; EX ORE SATH  
NÆ LOQUI omnes eos ,quotquot impur  
Amores appellarent NUGAS, pueris ac iu  
nibus neutquam prohibendas? En, Sathan  
nunc ipsum auditis, in *Aethiope* grunnient  
LEVISSIMA, NULLIUS MOMENTI  
PECCATILLA, esse! propter quæ tam  
Peccatilla (prō dolor!) agminatim Mundus  
Gehennam deturbatur. Quām benē verēque  
hoc nebulone Salvator noster, Joannis Octav  
capite (DD.) pronuntiat? Non est Veritas in  
Cām loquitur mendacium, ex propriis loquunt  
qua Mendax est, & pater eius (videlicet, Men  
daci). Idem facit Diabolus erga Confessores  
quidem, etiam aliis in Peccatis quibusvis, em  
peccata turpitudinum & Immunditiae. Cur, que  
so, Cur Confessarium (inquit) iam fatigis, a  
mille districtum occupationibus atque iriis? De  
Divinationibus his, de libris prohibitis; de Bo  
no hoc alieno, quod ad te pervenit; de Refu  
tationis negotio; de hujus aut illius contractu  
cito, vel illicito, transactu; de matrimonii valo  
re, in hoc aut illo gradu; de Carnium esu dia  
bus Interdictis; & similibus aliis quibuscunq  
Levissima sunt (clamat) nullius momenti sunt  
Peccatilla sunt, nuga nugarum sunt! O, Diabo  
le! Vade retrò! Nec hominis est, nec Angel  
nec ullius alterius creaturæ; minimè verò gen  
ūm, Tuum est, aut Pœnitentis (à te directi)  
exam, aut estimationem, aut pondus certum, im  
ponere Peccato. sed potius, tale ac tantum  
unumquodque Delictum, quale quantumque ex na  
ra sua, & in oculis ac censurâ Des, reperi  
Videt interim nihiloscius Charitas vestra;

Catharina Impenitens.

pacto **Santa Magdalena** (Pœnitentium pia promotrix) pro causa Dei & Conscientiae stererit? Pari planè modo, credi piè potest; Semper homini, circa rem aliquam confitendam omittendām ve fluctuant, ac perplexo, promotorem assistere Confessionis purè peragendæ, vel Deum, vel Sanctum Angelum, aut è Cœlitibus alium; vel certè, signatum saltem super nos Lumen vultus divini: RATIOREM, inquam, humanam uniuscujusque, bono dictamine collustratam: quod ipse sequi ne cunctetur.

X X I V. Cùm autem isthæc ex *Catharina* dicensset Dominæ, Patrem Samaniegam ad sese evocatum in castellum, de omnibus ac singulis seorsim diligenter instruxit. Et quia sperarat, absque ulla dubitatione, promptam nunc tandem ad omnia Puellam fore: rursus ad *Catharinam* Patrem introduxit. Qui (ut verbis utar Bencianis) modi omnibus tentavit, ut eam (tantâ rei perspectâ necessitate) ad integrum animæ expiationem induceret. Fuitque hæc UNDECIMA jam Confessio, à die primo contracti morbi. Sed, incassum omnia! Immò, quantò acriùs intentisque *Samaniegos* adhortaretur, cò se Puella magis in obstinatione sua confirmabat. Ergo Dñissimum saltem JESU Nomen (inquit Pater) implora, quod ab his te malis extricet! Noluit *Catharina*, noluit (inquam) ne dulce quidem Iesu nomen; execranda meretricula, pronuntiare. Quo loco, considera rursus (dilecte) quod alibi jam te submonui; Considera (quod Ecclæstes adhortatur) opera Dei: quod nemo possit corriger (quantumvis vir Sanctus) quem (ex hominis ipsiusmet spontaneâ culpâ, & induratâ mali-

tiâ)

Catharina Impenitens,

tiâ) ille despicerit : & Efficacis Gratiae potest  
subsilio destituerit. Nec tamen hic subsilio  
Puellæ perversa mens , & obstinatio. Miranda  
ra vide ! Die namque quodam alio, factam  
Crucifixi effigiem offerebant , astante domina, cum  
omni gynæcœo. monebant miseram , & exhorta-  
bantur ; In eam ut oculos desigeret : utque ali-  
quo cruciatus ejus , & clavos , & vulnera, monta-  
que pro nobis obitam , volutaret. At illa, sum-  
mâ cum animi commoti significatione, rancor-  
que, torvum eas intuita ; Iam scio ( exclamu-  
sed; quid vultis , ut faciam ? Ut ad Christum ( in  
hera ) te convertas , qui tua tibi scelerâ remittas.  
Si modò purâ confessione recognoscas ea, pandas , &  
damnes. In quæ dominæ verba, Catharina ; O  
secreto ( inquit , ad eam & ad famulas indignabundas  
conversa , ) definatis esse molestæ mihi ! Secu-  
dum quæ proinde Domina ; egregiè , sed fructu  
omni suæ sollicitudinis operâ , promovendam  
Confessionem , expromptâ consumptâque ; dispe-  
dit tandem , infecto negotio. Quâ tergum ei re-  
tente , forésque cubiculares reducente : Cathari-  
na ( prôh, impietatis malitiam , cum semel in pro-  
fundum venerit , inexhaustam ! ) in ipso quamvis  
æstu morbi , turpitudines cœpit suas , & Amoris  
impuros , non jam eloqui tantum , sed planè , no-  
retricæ cuiusdam fridicinæ more , decantat.  
Ut adeò jam prorsus , ac per omnia , inextingu-  
lis esset illius , circa peccatorum in Confessione  
sacrâ refectionem , tergiversatio. Si namque ~~diffi-~~  
~~cile~~ fuit ( ut esse sanè debuit ) occultas illas in-  
ditates confiteri ; quare confessa non est ? Si  
autem usque adeò Difficile : cur ergo dominæ tan-  
alacriter ea prompteque manifestavit ? Cur item

Catharina Imperitens.

coram gynæcœo, conservisque, lectum circumstantibus, tam expeditè, tam aperte, tam scuriliter, tam in verēundè, tam palam ea decantavit? In summa! *Gratia* perfectè, confitendi potenter *Efficax*, in eo tunc articulo, defuit infelici: in Fructum & pœnam tot *sacrilegarum* præterlapsæ vitæ *Confessionum*.

XXV. Cùm autem, tam in hac obstinatione, quam in sermonum & cantilenarum nequitiâ, dies complures, etiam deinceps, exegisset; morbiisque in Septembrem jam sensim excurreret: *Catharina* tandem, nocte quadam, ad sese Dominam, & famularum ejus cœtum omnem, in cubiculum suum accersivit: in quo tunc temporis & alia quædam conserva (ex ejus fortassis assiduo ministerio contractâ contagie) decumbebat. Congregatis autem omnibus, exorsa cum ingenti gemitu; *Torqueor* (inquit) & *angor animo plurimum* (adverte, ex quónam capite torqueatur? & memoriam refricate, quod nuper in *Presbytero* dixi, Quid unumquemque nostrum in illa tunc hora pressurum præ cæteris sit, & in lecto supremo jactaturum?) *Torqueor animo*, inquit, *plurimum!* Et *Cur?* (ajunt.) *OB TOTIES* (inquit) temerata *sacerilego silentio Confessionem*. Continuoque in hæc verba conticuit: sinéque sensu visa cunctis, & universo rigescente corpore, exanimata simillima, jacuit, ab noctis initio, ad ejusdem usque medium: sic, ut exspirasse crederetur, deque sepultura idcirco domestici circumspectarent. O, Domine! Quantæ miserationes sunt tuæ? quanta, quámque diurna longanimitas, adversus eam, quam per Legatum Tuum jam **UNDECIES** minimum, uno morbo, convenire

*Catharina Impenitens.*

nire dignatus es? & hoc, unius perfectæ Confessionisque prolixiæ causâ! Quam Tua, Regis regum, erga captivam, servam, persequam, barbarem, mansuetudo? quām immensuavitas in illam, quæ tamen neque Nominis quidetur tuo compellare dignata est? Numquid non cere poteras, etiam huic, quod Vineæ quandutæ (EE.); Quid est, quod debui ultrâ faciat creaturæ huic meæ perditæ, ut resipisceret: non feci ei? Ecce, dilectissimi! adoremus, inies nos tristis proni; adoremus, admirandum super omnia, Misericordiam Divinam! & obstupeficius.

XXVI. Cùm enim, in hunc, quem dixi, mīnum, horis aliquot, impia Catharina jacuisse, pro mortua ab omnibus domesticis conclamauit Dei tandem clementiâ rursus halitus ei, senti vires, anima, sermōque, redierunt. ad se revicta Catharina erat. Adhuc ergo pœnitētē perfecteque confitendi, (præter Spem omnium & exspectationem) tempus ac spatiū restabat felix! ô, ter quatérque felix, si nunc saltem, Catharina, resipiscas! A sollicita certè dominum mittitur etiam tum ad Patrem Samanegum. Curritur: & convenit is, tenebris intempestis. Duodecima jam supputationis nostratis Hora nocturna transferat: & illa tandem, ex qua vendebat Aeternitas, exomologesis inchoatur. Necen in Deo ter Optimo, quod quis desideraret; quippe, ad ignoscendum paratissimo. nec in Sacra te defectus; utpote gavisuro, siquam Deo simulam, Absolutionis collato beneficio, iustificaret. Defectus omnis, in sola Confiteente erat. Noluit ipsa, quamquam sui, rationisque, plenè cur-

Catharina Impenitens.

pos) noluit, inquitam: non veniam à Numine; non  
absolutionis meritum à Sacerdote: non dominæ,  
bonorumque omnium, de successu futuram, gra-  
tulationem: quia tunc quoque ( sicut antehac sem-  
per) suas reticuit Impuritates. Quid multis?  
Ab ea, quæ digna jam pridem nullies fuerat, à  
Deo deserit, digressus est & *Pater*; ac domum se  
recepit, remediis ad correctionem illius Divinis  
pariter & humanis incassum impensis: & idcirco  
diutius, cum ludibrio Sacramentorum, non con-  
tinuandis.

**X X V I I.** Ægra nihilsecius tamen, ultra ter-  
tiam adhuc antelucanam, traxit spiritum & a-  
gonem: productâ, per singularem, Dei clementi-  
am, etiam tum Confessionis perfectæ copiâ & oc-  
casione; sed, fruge nullâ. Circumstabant ancillæ  
cunctæ lustantis torum: imminebat, animam ex-  
pulsuræ, Domina: fugitivæq; jam vitæ, in clamabat.  
Hortabantur eam omnes, è lege charitatis, ut, sacri-  
titus in morte memor, alterâ manu *Crucem*, al-  
terâ *terream faculam* prehenderet: Christianaque  
morientium pietate, J E S U venerantissimum  
*Nomen* imploraret. Quibus illa; ET QUI S  
EST ILLE JESUS? inquit. ET U M N O  
N O V I. (O, mille, de cœlo spargendis, in  
caput impiæ, fulminibus dignam vocem, ac *Des*  
*Salvatoris* ejurationem!) In quæ verba bla-  
phemata (ne quis eam insanire, vehementiâ dolo-  
rum, crederet) in ultimam reflexa lecti sui par-  
tem, ac, levato suis met viribus corpore, fessitans:  
cum, nescio cuj personæ inadspectabili loquere-  
tur, (incertum, quid?) impium, inter hæc, apo-  
staticum, impœnitentem, inconfessum, obstinacem,  
& damnum Spiritum *Catharina* infelix ejecit.

N

Quibus

*Catharina Imponens,*

Quibus verò appartioribus, deductoribus, & cōmitibus: ex eo patuit; quòd *Ancilla* éadem illa (quam in idem cum *Catharina* cubiculum, diebus superioribus, ob morbum contractum, illocata dixi) ab hera sua, sub ipsum illud tempus migrationis ejus è vita, rogaverit effictim, & impetràrit; in aliud ut cubiculum quoddam, à priore longius disjunctum, transferretur: propterea quòd *Spectra* quedam atra, (quibus se quam blementissimè consternari asseverabat) per universum *Catharinae* cubiculum circumvolarent.

**XXVIII.** Cùm autenī ex recēns extindit cadavere, non lectus modò thalamūsque *Catharina*, tam fœtido potentique odore (signo, illidinum ejus) ab ipso mortis ejus momento, si omne quoqne palatum, inficeretur: adeò, si fœtorem illum nullius nares tolerarent: nec satio morticinum istud patentem in aream extitum, ac sub dio constitutum est. luce verò solleque terris reddito, profanâ in humo tumulatum in *Corpus* quidem, in terra: *Spiritus* autem, ubi in pultus fuerit, in crastinum (dilectissimi) iurav Deo, stupentes, &, arrestis auribus pariter ac mortibus, audietis. Quæ namque Tragœdiae formidandæ, narranda restant: omnem præudentium cothurnum excedunt. Alacriter igit ad residuam quoque eorum, quæ à morte maledictæ hujus evenerunt, narrationem convenient.

**XXIX.** Hodie verò domum vobiscum habet faltem reportatore: ut unâ mente vobiscum de catis omnes; En, *Pestiferos peccatorum terribilium Fructus!* En, temeratarum, cum sacrilegiorum *Confessionum* mercedem atque præmium! en, *Impoenitentia* detestabilem exitum! ut pœna sit,

*Catharina Impoenitens.*

stea, cùm vel maximè necessarium erit, néc exomologesis ritè, neque *Contritio*, sub instantem animæ discessum, peragantur: Divinâ justitiâ *Gratiâ*, toties antehac frustra oblatam, tandem quoad *Efficaciam*, subtrahente. En, *Confessionum* in vita *Sacrilegarum*, calamitosam in morte, sed seram, deplorationem! quoniam etiam tum *impénitentem*. Ego igitur, & filii, & uxor, & quisquis aut hîc audivit, aut ex nobis domi mox audierit, luctuosam hanc *Tragœdiam*: si in præsentem usque diem (ut fieri potest) perperam confessumus; in posterum saltem non *obdurabimus* corda nostra: sed, (ut divinus Paulus ait) donec *HODIE cognominatur (FF.)* scrutabimur vias nostras: discutiemus cum cura vitam retrò nostram universam: prætermissa, suppressa, semiexplicata, ac mûtila, deslebimus, & confitebimus Omnia singulâque: nec tam fatui erimus, ut lethiferum delictum unum, sine altero, exponamus in sacro tribunali, scientes, ac prudentes, & voluntariè: cùm doceamur: *Peccatorum Mortalium remissionem* non posse dividì; sed, *Vel Nullum*, *Vel Omnia*; dimitti ideoque, in defectu voluntatio synceræ perfectæque *Confessionis* omnium mortalium delictorum, repetendam omnino necessarióque (per se loquendo) exomologésin; etiam eorum lethalium peccatorum, quæ & tunc in sacrilega illa *Confessione*, & in aliis postea, malâ fide obitis, Sacerdoti fuerant exposita. Quod *Omnis*, nónne grave? nónne, pro uno simplici, quo defungi poteramus (semel ac simul perfectè contendo) duplex, imò decuplex, nobis pondus effectū est? Quòd si non sciamus, aut in memoria jam amplius non habeamus, *Omnia* quondam prætermissa

N 2

termissa

Catharina Impenitens.

termissa scelera: clamabimus horis singulis, con  
Davide; *Illumina. Domine, oculos meos; ne in  
quam obdormiam in morte.* (GG.) Sed caver-  
mus, ne cum Deo (sic loquendo & orando) la-  
dere videamur. Multi namque jam olim, & a  
initio, satis supérque sunt *illuminati*: clarissi-  
que, & plusquam perspicue, vident quotidie, su-  
gulisque temporum punctis, illa Peccata, de quib-  
us nunc sermo est, ante oculos mentis & no-  
moriæ suæ: dicentque sibiipsis in conscientia suæ  
ab ea redarguti; *Hec, & hac, ista & illa sunt  
illa sunt Occulta meæ probra, que necdum ap-*  
*Sacerdotem ullum exposui.* Hi tales igitur, re-  
gando Deum, *Vt illuminentur*, in eo, quod op-  
mè jam ante, ac per se, vident; nonne Di-  
dunt? & ut, quod res est, dicam: nonne Christus  
J E S U M, & Sacramentum Sanguinis ejus, se-  
curant, sed aspernantur? O, vocem impium  
per omne, quod impium est, ac dicitur! vocem  
inquam, qua clamavit scelesta *Catharina ha-*  
*Et Q U I S E S T I E S U S? E U M N O N N O-*  
*Quis non pater, in filio? quæ non mater, in filio?*  
quis non patronus & nutritor, in cliente & al-  
mino, sic loqui auso, dolore furiisque cordis, diffi-  
peretur? Itáne? tu *Non nōsti eum, qui te genuit?* et  
quæ te peperit? eum, qui te texit, nutritiv; de-  
cavit? Hæc cíne meruit de nobis *Bonus Domine*?  
Non nōsti ergo, pro te *hodie Incarnatum, pro te  
natum, circumcidum, pauperem, exulem, in labo-*  
*ribus à juventute positum, in ærumnis, in vigiliis,*  
*in opprobriis, in perfecutionibus?* pro te *sangue*  
*neo sudore disfluentem, catenis gravatum, fimbri-  
bus constrictum, flagellis consciuum, spinis con-  
natum, alapis & arundine percussum, in Crampon-*

*Catharina Impœnitens.*

compactum, clavis transfixum, inter dolores acer-  
rimos Patri Spiritum tradentem? JESUM Chri-  
stum, Nobis datum, Nobis natum? Salutem, & glo-  
riam, & lætitiam nostram? Hunc tu JESUM (in-  
quam) non nōsti? Hoc rērē dixisti. Certè JE-  
SUM hunc non nōsti. Si namque nōsses eum, &  
verè nōsses: aliter longè eum tractares. Nunc, ver-  
bi nōsti: Factis autem negas, qui sic sacrilegè san-  
guinem illius, in indigna Confessione ac Synaxi  
tractas; perinde, ac si neque nōsses eum, neque  
curares. Agè, agè! Tempus erit, & Hora veni-  
etolim illa, in qua vicissim ille tibi dicat, & o-  
mnibus, malè Confitentibus; NUNQUAM NO-  
VI VOS! DISCEDITE A ME OMNES, qui  
operamini iniquitatem. (HH.) Et, quid posthæc?  
IBI ERIT FLETUS, ET STRIDOR DEN-  
TIUM: (II.) velut in crastinum audiemus.

## TESTIMONIA.

[A.] Psal. 18. v. 11. [B.] I. Ioann. v. 7. [C.]  
ad finem Dubii. [D.] Tannerus tomo. 4. disput.  
6. quest. 6. num. 8. & 10. [E.] S. Thom. 3. part.  
quest. 87. art. 1. in c. [F.] Vide Tannerum, tom.  
4. disp. 6. quest. 6. num. 16. & 17. ex Conciliis,  
Florentino ac Tridentino, ibi citatis. [G.] Vide  
Tanner. cit. loc. de Contritionis praecepto, eiūsque tem-  
poribus. [H.] Vide de his Paulum Laymannum  
lib. 5. træct. 6. cap. 15. num. 1. [I.] Vide eundem  
loc. cit. num. 14. [K.] Baruch. c. 2. v. 18 [L.] a-  
pud Thom. Hybernicum, V. Confessio. ubi citatur  
epistola 14. [M.] apud eundem. [N.] Matthæi  
13. v. 12. [O.] Hunnaus, in Divum Thom. In-  
dic. 3.

Catharina Impenitens,

[P.] Versu 1. [Q.] Proverbior. 1. v. 1.  
 [R.] Editionis Antuerp. in 8. apud Nutium à 15  
 939. [S.] Thomas Cantipratianus lib. 2. de Ap-  
 bus. cap. 30. num. 54. [T.] In psalmos. apud T.  
 Hybernicum. [V.] 1. ad Corinth. 6. ad Galat.  
 v. 19. [X.] vers. 29. [Y.] Suprà citat. num. 1.  
 [Z.] Ad Roman. 7. v. 13. [AA.] vers. 45. [BB.]  
 Matth. 12. vers. 35. [CC.] Matth. 12. v. 37. [DD.]  
 vers. 44. [EE.] Isaia 5. vers. 4. [FF.] ad Hebre-  
 3. v. 13. [GG.] Psal. 12. v. 4. [HH.] Matth.  
 v. 23. [II.] Matth. 13. v. 50.

Pestiferorum Peccati Mortalis  
Fructuum.

**EXEMPLVM TRAGICVM**

**CATHARINA PE-  
RVANA, DAMNATA**

*Peccata Mortifera Fructum progignet,  
Gebennam, ac Damnationem Sem-  
piternam.*

Dictum 26. Martii, seu, Dominica Passioni:  
Vesperi.

I.



ORUM hominum, qui In-  
re potius, quam Amore, & Ti-  
more, quidem Servili mago,  
quam Filiali, ducuntur; quibus  
Amarissimus omnium Per-  
Mortalis Fructum est, vel esse

Catharina Damnata.